



## Ad Benev. LECTOREM:

**S**ilentio hæc pressit, & pressurus plura talia est, Autor; quòd nec sibi alienis blandiatur laudibus, nec irritare optima reprehendentes velit. Permisit tamen meis precibus, describi hæc celeysmata Virorum maximorum; ut constaret aliis, quid eum causæ hùc impulerit, cur Commentationem hanc non invideret publico diutius. Hoc bonâ fide potui fateri, ac fatebor

## BIBLIOPOLA.

Ex Literis Magnific. Acad. Nat. Cur.

PRÆSIDIS, ARGONAUTÆ:

**P**ræclare illustrasti — — — Orbem literatum *Noctiluca* tuâ constanti & per vices fulgurante, quam Nestori nostro *ωμο-υτεγυλι*, DN. D. JOH. HÖFELIO missam mihiq; traditam insigni cum voluptate perlustravi, inq; sinu gavissus, & ex animo gratulatus sum Germaniæ patriæ nostræ. --- Nonne vel unice hoc palmam illa præripit omnibus aliis Regnis & provinciis? --- Liceat mihi Beroaldino isto *παρωδειν* elogio:

*O Germania Luminis repertrix,*

*Quo nil rarius aut dedit vetustas,*

*Aut mirum magis afferent Nepotes.*

Egregie vindicasti Germanum nomen ab exterorum fastu, exasciatissimâ illâ tuâ dissertatione de *Constanti Noctiluca*, & Acad. Nat. Curios. opimâ litasti hostiâ. Macte istâ virtute! --- recrea Nos porro exquisitissimâ istâ ingenii tui felicitate! Accede ad Nos propius, adjunge voluntatem tuam ad Societatem nostram! gratissimus Nobis erit accessus tuus, multis officiis iterum repræsentandus, &c. Exarat. ipsis Kalend. Febr. A. 1677. Svinfurti.

K

Ex